



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold  
Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Charitativo subsidio. Tit. 12

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

tæ decimarum non exactarum compellere: nè per Rectorum malitiam, aut negligentiam, jus suum amittant: Socir. Fin. cons. 52. num. 3. lib. 2. Natta cons. 534. num. 6. Roland. cons. I. num. 55. vol. 1. ipfique Parochiani locupletentur. Imol. inc. licet causam. 23. num. de prob. fin. inc. ex parte d. 2. num. 18. de offic. Jud. deleg. Nevizan. cons. 20. num. 24. Barbat. cons. 6. in fin. lib. 1.

**S** Quæ obtinent, dummodo Quarta Decimaruim non fuerit precepita. Potest enim Rector Ecclesiæ ab imprestione Episcopi quadrigaria temporis præscriptione se tueri. d. c. de quarta. & c. illud. de prescript. Abb. in cons. 31. circ. fin. part. I. & cons. 26. num. 5. part. 2. Leo. lib. num. 33.

## TITULUS XII.

### De Charitativo subsidio.

#### S U M M A R I A.

- |                             |                            |
|-----------------------------|----------------------------|
| 1. Collatio Extraordinaria  | 7. Non Pralati Episcopis   |
| quæ ab Episcopis indici-    | inferiores.                |
| tur, appellatur subsidi-    | 8. Nec Abbates vel Priors. |
| um Charitativum.            | 9. Potest Coadjutor.       |
| 2. Cur Subsidium.           | 10. Causa exigendi esse    |
| 3. Quomodo impetrabant      | debet, Et qualis.          |
| illud Episcopi olim.        | 11. Rationabiles qua.      |
| 4. Quomodo hodie: An li-    | 12. Quoties exigi possit.  |
| cite.                       | 13. Qui ad illud solven-   |
| 5. Quantitas merito non     | dum tenentur.              |
| definita.                   | 14. An monasteria.         |
| 6. Qui illud præter Episco- | 15. An hic currat pra-     |
| pos possint exigere.        | scriptio.                  |

Ind.

Coryinus  
De Personis  
er Benefic. Ecclesiæ.

G IV.  
32

**N**dicitur nonnunquam ab Episcopis Collatio Extraordina-  
ria, ~~donum in charitate~~ nomen habens, quasi *Charisterium* quod-  
dam sponte potius oblatum, quam vestigial vi extortum ac  
expressum: c. in parte, de censib. *Charitativum Subsidium*,  
seu *Charitatis auxilium* appellant. *Hosiens.* & alii in c. conquerente. de  
offic. *Ordin. Tambur. de Jure Abbat.* tom. 3. disp. 10. qu. I. num. 1.

Subsidium recte; quia sicut Subsidiaria actio non datur, nisi de-  
ficiente propria & speciali; §. fin. *Inst. ad leg. Aquil.* §. fin. *Inst. de Inter-  
dict.* ita subsidium Charitativum non peritur, nisi propriæ Ecclesiae re-  
ditus non sufficient pro oneribus incumbentibus. *Bellencin. tract. de  
Charitat. subsid. qu. 14.* *Guido Papa decis. 37.* *Azor. Inst. moral. part. 2.*  
*lib. 9. cap. 14. quest. 2.*

Impetrabant illud olim Episcopi precibus ac suasionibus, non 3  
potestate & Imperio indicebant: ut nunc fieri assulet.

Episcopi enim, & Praleti Superiores, licet, ut putant, cogunt da-  
ta caussa, subditos, ad illud; quod suis consulant necessitatibus. d. c. con-  
querente. in fin. c. cum *Apostolus.* 4. §. prohibemus etiam de censib. & ibi  
Dd. *Bellencin. d. tract. qu. I. num. 1.* Rationes adserunt: sed fatiscen-  
tes.

Quantitas ejus, meritò, jure non est definita. *Cardin. in d.c. cum 5*  
*Apostolus. num. 4. vers. septimo quarto.* *Dominic. in c. felicis. num. 6. de  
censib. lib. 6.* *Menoch. de arbitrio. casu 178. num. ult.* Nihil facit Extrav.  
Benedicti XII. incipit, *Vas electionis.* Quia non recepta. *Menoch. d. loc.  
num. I.*

Exigere, præter *Episcopos*, possunt hoc subsidium: i. *Papa ab omni-  
bus Clericis & Ecclesiis.* *Bellencin. d. cap. I. num. 2.* *Azor. d. lib. 9. cap.  
14. qu. 5. in princ.* cum quia omnium beneficiorum habet administra-  
tionem: ) c. I. de *præbend.* in 6. *Clem. I. Ut liceat.* tum quia est, ut  
volunt, Dominus & Ordinarius Ordinariorum: *videat. tract. noster de  
Person. Ecclesiast.* lib. I. tit. 3. num. 6. Nec quem liberat generalis ex-  
emptio: *Joan. Andr. in c. cum instantia 16. de censib.* *Cochier. de juris-  
dict. Ordinar. in exemptos. part. 4. qu. 7.* Omnidò privilegium speciale:  
*Bellencin. d. tract. qu. 58. num. 3.* Si probetur. d. c. cum *instantia. c. acce-  
dentes: de praescripte.*

2. *Cardinales*, ab Ecclesiis titulorum suorum: *Monach.* in cap. 1. *deminor.* & *obed.* in 6. *Bellencin.* d. tract. qu. 3. *Azor.* *Inst.* *Moral.* lib. cap. 14. qu. 5. vers. *quæres.* cum in iis habent jurisdictionem. vid. *trat.* nostr. de personis *Ecclesiast.* lib. 1. tit. 4. num. 14.

3. *Pape Legatus*, ab Ecclesiis provinciæ sibi delegata: *Bellencin.* d. tract. qu. 12. *Azor.* d. qu. 5. vers. *quid dicendum.* Cum in ea possit quæ quilibet Ordinarius. vid. *tract.* nostr. de person. *Ecclesiast.* lib. 7. tit. 30. num. 9. vers. *tertio*, quod.

4. *Patriarcha, Primas & Archiepiscopus* tantum ab Ecclesiis sua Dioecesis; non alii sua provinciæ: Quia in Suffraganeorum suorum subditos, regulariter non exercent jurisdictionem; nisi in causis que expressis. *can.* *conquestus.* 9. qu. 3. c. duo simul. 9. de offic. ord. c. sicut ante. 8. *infia.* de excesso. *Prælat.* c. 1. in princ. de foro compet. in 6. c. 2. de suppl. neglig. *Præl.* in 6. Inter quos charitatis exactio non reperitur. *Vid.* nostr. *tract.* lib. 1. tit. 2. num. 13. Ergo. *Bellencin.* d. tract. qu. 2. num. 1. *Azor.* d. cap. 17. qu. 5. vers. *sed dubia questionis est.* *Menoch.* de arbitrii casu 178. num. 1. *Barbos.* *Jur.* *Ecclesiast.* *Univ.* lib. 3. cap. 21. num. 13. cum seq. 1. bsi. *arbitrii casu*

Non possunt hoc subsidium exigere *Prælati Episcopo inferioribus* ab Ecclesiis sibi subjectis; d. c. cum *Apostolus* 4. §. prohibemus. vers. *Archidiaconi.* citra privilegium vel consuetudinem. *Archidiac.* in cap. juxta sanctionem. 16. qu. 1. *Hofstiens.* & alii. ibid. *Abb.* in d. c. cum *Apostolus* num. 6. & *Cardin.* num. 2. *Bellencin.* d. tract. qu. 4. *Ducengi.* *Azor.* d. c. 14. qu. 5. vers. *quid dicendum.* *Tamburin.* de jure. *Abba.* tom. 3. *disput.* 10. qu. 2. num. 1.

8. Nec Abbates vel Priors ab Ecclesiis secularibus, vel Regularibus Monasteriis sibi non pleno jure subjectis: *Bellencin.* d. tract. qu. 5.

9. Potest Coadjutor seu Administrator Episcopo vel Ecclesia Cathedrali vacanti, datus per Papam. not. in c. is cui de elect. in 6. & in coll. in fin. de suppl. neglig. *Præl.* in 6. *Bellencin.* d. tract. qu. 8. Ut & Ecclesiæ Cathedralis Commendatarius perpetuus. *Bellencin.* d. tract. qu. 6. *Azor.* d. nu. 3. vers. *Commendatarius.* *Tambur.* d. diff. 40. qu. 2. num. 3. Non Episcopi Vicarius generalis; nisi ex speciali mandato. *Bellencin.* d. tract. qu. 21. *Azor.* d. cap. 14. qu. 5. vers. *Vicarius.*

Cuffia  
E [III]

*Causa* exigendi debet esse; eaque manifesta & ne subditi graven-  
tur plus, quam par est; *rationabilis*. d. c. cum *Apostolus*. §. prohibemus.  
*v. sustinemus*. d. c. conquerente. fac. c. non minus. 4. vers. quocirca. de im-  
mun. Eccles.

Quæ talis, arbitrio Judicis relinquunt Doctores. *Gloss. in d. c. cum* 10  
*Apostolus*. vers. *sustinemus*. verb. *rationabilis*. & ibi Abb. num. 4. Cardi-  
nal. num. 2. Anton. num. ult. Card. in Clem. I. §. 1. num. 4. de excess. Pra-  
lat. Bellencin. d. tract. qu. 16. num. 2. Menoch. d. casu. 178. num. 2.

Rationabiles tamen esse causas volunt præcipue sequentes: 11  
Nempe 1. Episcopi consecratio & Bullarum expediri; Grammat.  
decis. 8. 8. Riccius in collect. decis. part. 1. collect. 52. 2. Debitorum pro  
Ecclesiæ jure tuendo contractorum exsolution: Butr. & Imolin. d. c.  
conquerente. Piasec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 2. num. 11. Azor. d. c.  
14. qu. 4. in princ. 3. Expensa in negotiis totius diceccesis communibus  
pertractandis, factæ: Azor. d. cap. 14. qu. 4. vers. secunda. 4. Impensæ  
in Ecclesiæ fabricam aliamve ejus publicam utilitatem: Oldrad. conf.  
140. Bellencin. d. tract. qu. 19. Tambur. d. disp. 40. qu. 3. num. 5. 5.  
Iter ad Papam, Imperatorem seu Regem ob sua Ecclesiæ vel Dioecesis  
commune bonum: Innoc. in c. 1. circa fin. de statu Monach. Bellencin.  
d. tract. qu. 2. Azor. d. qu. 4. versi quarta. Menoch. d. casu. 178. num. 9.  
& 10. 6. Visitatio liminum Apostolorum: Bellencin. d. tract. qu. 20.  
vers. vel quando. Piasec. d. cap. 2. num. 11. 7. Iter ad Concilium Pro-  
vinciale: Bellencin. d. tract. 21. Jacobut. de Concil. lib. I. art. 5. Piac.  
d. loco. Tambur. d. disp. 10. qu. 3. num. 7. 8. Impense necessariae fa-  
ctæ in adventu Imperatoris, Regis vel Principis. Bellencin. d. qu. 21.  
Azor. d. cap. 4. vers. septima. Barbos. d. loco à num. 24. 12

Exigi potest *Charitativum subsidium* toties, quoties rationabilis  
causa subest. Bellencin. d. tract. qu. 23. Azor. d. cap. 14. qu. 8. Remig. de  
Goner. tract. de charitat. subsid. qu. 32. 13

Ad illud solvendum tenentur; 1. Clerici, ratione tantum suorum  
beneficiorum, & de eorum fructibus & redditibus; d. c. conquerente. d.  
c. cum *Apostolus*. Navar. conf. 10. in antiqu. Remig. d. tract. qu. 37. cum  
seq. & qu. 40. & 41. Bellencin. d. qu. 31. num. 1. & 2. & qu. 34. princ.  
Azor. d. cap. qu. 6. scilicet si & hi commodum & honestum vietum  
excedant: Bellencin. d. tract. qu. 30. Quaranta in sum. Bullarii. verb.  
Con-

Concilium Provinciale. num. 8. 2. Pensionarii pro rata pensionis: fuit tua nobis. 26. prope fin. de decim. Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 18. vers. ad hanc. Bellencin. qu. 37. Gigas de Pension. qu. 38. Azor. ad cap. 14. qu. 6. vers. si queras. Barbos. d. loc. num. 39. cum seqq. Nisi auctoritate Papæ assignata: Tamburin. d. disp. 10. qu. 1. num. 7. Non Clerici de distributionibus quotidianis: cum appellatione frumentum, de quibus solvendum subsidium, non contineantur. Bellencin. d. trah. qu. 76. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 147. Monet. d. lib. scribut. quo id. part. 3. qu. 9. à num. 19. Trullench. in Decalog. lib. 1. cap. 3. dub. 17. num. 5. 3. Tenentur Hospitalia, si auctoritate Episcoporum fundata sint, & beneficiorum titulum habeant; alias non: Bellencin. d. trah. qu. 38. Azor. d. cap. 14. qu. 6. vers. sic si regn. 4. Capitulum secundum Ecclesie Cathedralis Canonici: arg. c. cum non licet. de prescript. c. regis. sibi de testam. Bellencin. d. tract. qu. 27. Remig. Gonin. in sim. tract. p. 38. Monet. d. qu. 9. num. 20.

**14** Non tenentur Monasteria: Joan. Andr. Butrio, Inolain. dilectus. de officio. Ordin. Innoc. in c. 1. de statu Monach. Bellencin. d. trah. qu. 21. Remig. d. tract. qu. 21. Fr. Emman. quasi. regular. tom. 2. qu. 66. art. 1. & 2. Cum à Lege Dioecesana, (de qua exactio hæc: Bellencin. qu. 28. Cochier. d. tract. qu. 25. num. 8.) sint excinta. can. ne pro cuiuslibet 16. qu. 1. d. c. 1. de statu Monachor. Nisi habent Ecclesiæ seculares fabrietas, jura Episcopalia ante subjectionem solvere solitas: c. pauperale de decim. c. quia monasterium de relig. domib. Cochier. d. num. 9. vers. finita primo. Tambur. d. disp. 10. qu. 4. num. 6. vers. nec obstat. Nec Equites Melitenses: S. Congregatio in Augustana 4. Decemb. 1630. Barbos. d. loc. num. 52. Nec Ecclesiæ specialiter exemptæ: Cardin. in Clem. frequens. §. nonnulli. in 3. oppos. de excess. Pralat. & ibi Ancharyn. in Ver. 3. Bellencin. d. tract. qu. 32. Cochier. d. tract. part. 4. qu. 9. per totam. Nisi habeant populum non exemptum: Bellencin. d. qu. 32. num. 5. vers. 3. pro talibus. Cochier. d. qu. 9. num. 2.

**15** Contra Charitativi subsidii exactiōnem non currit præscriptio. Cum sit facultatis. Innoc. in c. cum Ecclesia Sutrina. de causa posse. & in c. bona. ill. 2. de postul. Pralat. & Charitatis. Bellencin. d. tract. qu. 30. Azor. d. cap. 14. qu. 7.

# Corvinus De Personis er Beneficiis Ecclesiast.

G IV.  
32